Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 249

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 115.



Cod. CCXLIX.

Chartac: Fol: Sæc: 14.

B 2.6.

1.

Gutolfi Grammatica.

Gutolf v. Heiligenkreuz

1a – 83b

Gutolfi Grammatica in usum Monialium ad S: Nicolaum Viennæ conscripta. Prologus incipit: "Frater Gutolfus peccator et inutilis amantissimis in Xto filiabus ad S: Nycolaum Wienne sacris virginibus curis adhuc scolaribus occupatis florem castitatis imarcescibilem perpetuo custodire. Continuos quidem sed inanes in discendo &c: Prologum sequitur capitulorum elenchus, hunc rubrica: "Incipit Suma gramatice fratris Gutholfi pro monialibus S: Nycolai extra muros Wienne compilata". Primum capitulum incipit: "Ars est collectio preceptorum". In fine additur: "Explicit Suma Gramatice fratris Gutholfi monachi monasterii S. crucis edita pro monialibus," &c.

Gutolfus, seu Gottulfus, monachus Cisterciensis S. crucis in Austria, conscientiarum monialium ad S: Nicolaum Viennæ moderator, vita S. Bernardi metrice scripta, aliisque operibus clarus floruit circa annum 1270. Vide præfationem ad lectorem, quam præmisit Theoph: Heimb vitæ S: Bernardi metrice exaratæ. Nonnulla de eodem leguntur in actis Wilburgis reclusæ ad S. Florianum p: 85. et 101.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 249

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 116.

2

Tybini Glossain doctrinale Alexandri de Villa Dei.

Tybini Glossa in doctrinale Alexandri de Villa Dei. Praefatio incipit: "Gaufredus in poetria nova cap: II dicit. Si vis bene dui certo comite te duci" &c. (a) Postquam often, dit Tybinus in qualibet docenda, et discen, da scientia dicem esse deligendum pro, sequitur in hunc modum: "Sed quoniam Alexander in doctrinali Priscianum tali, os auctores imitans documenta, que Priscia, nus in majori et minori duobus voluminibus diffuse tradidit, succincte propter informa, tionem juvenum contexuit de regimine et regulis, Ideo nos volentes juvenes docere Ejus sequimur vestigia" — et post pauca: "Partem igitur rei libri quam aliqui vocant secundam leviori modo quo potero — breviq pertractabo. Glossa, seu Commentarii ipsius initium est: "Hic jubet ordo libri rotum re, gimen reserari (b), Hoc est caput VIII li, bri Alexandri. In fine legitur: "Explicit Glosa magistri Tybini."

(a) Gaufredus, seu Galfridus de Vino Salvo Anglus, post annum 1245 scripsit ad Innocent. III Poetriam novam, seu carmen de arte dictandi versificandi et transferendi. Fabricius Bib: med: l: VII. p. 12.

84a – 119a

(b) Est textus Alexandri.

De Tybino, qua constant dixi in tom: CVII. n: 1.

Alexander de Villa Dei, sive Villadeus Gallus Ord: Min: Grammaticus, et Poeta clarus circa annum 1209 scripsit avide receptum illa aetate in scholis Doctrinale puerorum, seu Grammaticam latinam, excerptam e Prisciano, et versibus Leoninis compre, hensam, quo facilius essent integram reten, dae memoria. Multos, qui de illo agunt, nominat idem Fabricius Bibl: med: et inf: lat: l: c: VI. p. 64.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 249

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 117.

3.

Tractatus de distinctionibus definition: &c.

125a–183b

Tractatus de distinctionibus, definitionibus, demonstrationibus et Sophismatibus Viridani. Incipit: "Restat tractare" &c. Hæc verba indicant, quædam jam præcessisse, quod et in limine mox dicitur: "Secundum dicta a principio iste est tractatus 8vus hujus operis". Est itaque fragmentum, sed magnæ molis.

4.

Eberhardi Labyrinthus cum Comentario.

184a–211a

Eberhardi Labyrinthus, seu carmen elegiacum de miseriis Rectorum Scholarum, cum perpetuo comentario anonymi. Præfatio Comentatoris incipit: "Dabo vobis os et sapientiam cui non resistere possunt nec contradicere. Verba proposita scripta sunt". In eadem circa finem dicit: "Dicunt quidam quod magister Eberhardus rector Scolarium beviensis /: Bethuniensis :/ istum librum composuit" &c. In conclusione operis author nomen suum sequentibus manifestat:

"Lector condoleas cariem si videris ullam
Carminis eberhardij, vigilet correccio lune
Dormiat invidie detraccio, nemo beatus
Parte potest omni mala sunt vicina petendis".

Amen.

His additur: "Explicit textus laborinti Explicit Glosa per manus illius qui scripsit." — "finitus est iste liber in die Sanctorum Symonis et jude anno nativit: domini M° CCC° septuagesimo nono". Ejusdem Labyrinthi meminit Plac: Braun in Notit: Codd: Mss: Vol: II. p. 52. qui tamen in nonnullis a nostro differt. Typis eundem exprimi curavit Polyc: Leyserus in Hist: Poetar med: ævi pagg 796.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 249

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 118.



809. Commentator adhuc ignotus.

Eberhardus Bethuniensis Artesius, pluribus scriptis poeticis et rhetoricis clarq fuit circa annum 1124. Plura de eo suppeditant Henric: Gandav: cap: 60. Langius praef: ad Glossar: lat: § 45. Oudin: T. III. p. 37.

Cod. CCL.

Chartac: Fol: saec: 15. B 2.7.

Guilel: Durandi Rationale divin: officiorum.

Guilelmi Durandi Rationale divinorum officiorum. Incipit: "Quecunque in ecclesiasticis officiis." De eo jam est dictum in Codd: CLXXVII. & CCII. Anni nulla occurrit notitia; manus vero, quae saepe variat, videtur esse saeculi decimi quinti.

Cod: CCLI.

Chartac: Fol: saec: 15. B 2.8.

1.

Arma optima contra Wikleffitas

1a – 15b

Arma optima contra Wikleffitas. Est tractatus, in quo articuli fidei catholicae ab impugnationibus Wikleffitarum defenduntur. Incipit: "Quia in aequivocacione." In fine: "Expliciunt arma optima contra Wyclefistas nunc ecclesiam dei impugnantes."

Plura de his dixi in Cod: CXV. n: 2.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 249

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27600

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)